

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies duodecimus, decimus tertius et decimus quartus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1868**

De S. Eustachio Seu Eustathio Aut Etiam Eustatio Presbytero Verosimilis  
Martyre In Ægypto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71232](#)

A SS. Evagrium et Proseriam Syriæ Castellanus adscribat, nescio tamen, an nullos iis in martyrio socios fuiss adjunctos, recte affirmet.

*verum hisce  
in martyrio  
socios haud  
recte, ut appa-  
ret, dene-  
gat.*

4 Epternacense enim apud Florentinum Hieronymianum apographum, quod, dum vulgata Martyrologia unum alterumve Martyrem commemorant, horum etiam socios, nominatim in illis haud expressos, sex numero, ut Bollandus in generali sua Præfatione, tom. I Januarii prefixa, pag. XLVI, col. 2 observavit, recenset, Burrum hodie et Donatum in Syria signat, idemque etiam, qui tamen pro Donata Donatum scribit, in Martyrologio suo Rabanus facit. Nec quidquam usquam invenio, quod impeditre certo debeat, ne Burrus et Donatus seu Donata martyrium in Syria una cum SS. Evagrio et Proseria subisse, credantur. Eustathium quidem seu Eustachium Syriæ Rabanus juxta ac proxime laudatum Hieronymianum apographum perperam ex

infra dicendis adscribunt; verum ratio, ob quam Eustachius in Syria subisse martyrium haud videatur, ibidem quoque Burrum et Donatum seu Donata passos non esse, haud probat. Res ex iis, quæ infra hac die de Eustachio seu Eustathio dicentur, elucescat. Ceterum cum non tantum in Corbeiensi Hieronymiano apographo, sed et in Appendice ad Adonem Prosyria seu Prosiria exaretur, nomine isthuc Sanctam, non vero Sanctum, qui Prosini (addi potest seu Prosyri aut Syri) nomen habuerit, indicari, Florentinus in suis in codices Hieronymianos Notis opinatur; cumque ei hac in re refragandum haud videatur, nihilque præterea, quo vel amplior de SS. Evagrio, Prosiria, Burro et Donata seu Donato notitia subministrari, vel tempus, quo passi sunt, utcumque determinari possit, occurrat, longiorem de iis facere sermonem, minime est necesse.

AUCTORE  
C. B.

B

## DE S. EUSTACHIO SEU EUSTATHIO

AUT ETIAM EUSTASIO

PRESBYTERO VERO SIMILIUS MARTYRE

IN AEGYPTO.

Ex Hieronymianis et aliis Fastis sacris.

E

C. B.

SECULO.  
INCERTO.

*Eustachius  
qui, ut appa-  
ret, non Sy-  
riæ,*

C

*sed Aegypto  
adscribendum*

Sanc tus hic propositus in Lucensi apud Florentinum Hieronymianum apographo, cui Corbeiense apud eundem Florentinum ad amissum fere consonat, Aegypto hodie adscribitur his verbis: In Aegypto Eustasi presbyteri; etsi autem in Epternaciensi apud laudatum Florentinum Hieronymianum apographo Syriæ attributatur, potius tamen duobus jam dictis, quæ Sanctum in Aegypto signant, Hieronymianis apographis, quam uni Epternaciensi, quod eum in Syria collocat, standum appareat. Ea sedet sententia primo quidem, quod, cum Romæ Heditium Campanieque Evagrium et Proseriam pereram et supra dictis adscribat, loco pariter non suo id signare Eustachium, suspicari haud immergit possumus; deinde vero quod, cum plures hodie Sanctos idem Epternacense in Syria memoret, facile factum esse queat, ut hisce librarius, qui illud conscripsit, Eustachium seu Eustasium, etsi non ad Syriam, sed ad Aegyptum spectantem, annumerarit. Quid velim, dilucidius expoно. Apud Marteneum, tom. 3 Thesauri Anecdotorum col. 1547 et sequentibus exstat Martyrologium, sub Hieronymi nomine compactum ac a mille circiter annis, ut editor notat, conscriptum, in quo diebus singulis Sancti plures, loco, quo vel passi sint vel florerint, non expresso, annuntiantur.

2 Quid si igitur Hieronymianum Martyrologio isti simile apographum, in quo Burrus et Donatus seu Donata una cum Eustachio seu Eustasio, palestra, qua pro fide certassent, non expressa, essent

F

notati, librario, qui ex antiquiori Hieronymiano apographo Epternacense transcripsit, præluxerit, hincque ille non modo Burrum et Donatum seu Donatam, quos in Hieronymiano apographo alio, sibi pariter præludente, Syriæ adscribi videbat, sed et Eustathium seu Eustasium ad provinciam isthanc spectare autemans, re etiam ipsa eum ibidem una cum Burro et Donato seu Donata signaverit? Ita enimvero facile factum esse posse, ut a librario, qui Epternacense Hieronymianum apographum scripsit, Eustathius seu Eustasius, in Syria per errorem fuerit locatus, unusquisque, qui jam dicta attente expenderit, haud difficulter perspiciet. Jam vero, cum sic habeat, nec facile, ut librarii qui duo alia supra memorata Hieronymiana apographa scripserent, Eustasium in hisce Aegypto, si eum alibi in apographis aliis sibi præludentibus signatum invenissent, adscriberent, futurum fuisse videatur, hinc simul et ob alia jam dicta re ipsa hunc Aegypto adscriendum, ac proin duobus supra laudatis, in quibus, ut dictum, ibidem signatur, Hieronymianis apographis standum, opinor.

3 Usuardus quidem Eustachium presbyterum in pro martyre, Syria hodie annuntiat; verum id illum ex aliquo Hieronymiano apographo, quod Epternaciensi fuerit simile, fecisse, indubitate, ut Sollerius in suis in Usuardum Observationibus hodie ait, appetat; cum autem sic habeat, hic sane Usuardi auctoritate, ut Eustachium seu Eustasium Syriæ attribuamus, moveri haud debemus, idemque de Martyrologio

Tomus vi Octobris.

4

Romano

AUCTORE  
C. B.

Romano hodierno aliisque Fastis sacris, Usuardum hic secutis, est dicendum. Modo de tempore, quo Eustachius seu obierit seu floruerit, martyrisque titulo, quem ei competere, verosimiliter arbitramur, nonnulla dicamus. Sanctos omnes, apographis Hieronymianis inscriptos, pro martyribus, nisi solide queat probari contrarium, esse habendos, eruditus hagiologi passim censent. Quare hisce assentientes, Eustachium, Hieronymianis apographis hodie inscriptum, pro martyre, cum nihil omnino suadeat contrarium, esse habendum, opinor. At vero, inquit, Petrus de Natalibus, Equilinus episcopus, lib. xi, num. 283 de Sancto nostro sequentem loquitur in modum: Eustachius presbyter ipso die (12 Octobris) in Syria (imo vero e jam dictis in *Egypto*) in Christo obdormivit; ita autem Eustachium in pace quievisse, seu confessorem, non martyrem, obiisse, haud obscure prodit. Fateor, sic habet eique etiam suffragatur Florarii nostri Ms. auctor. Etsi enim hic in hodierno, quod suppeditat quodque in Sanctum quemvis, paupertatem *Evangelicam*, transitorii mundi hujus rebus relictis, amplexum, quadrat, Eustachii elogio, in pace hunc quievisse seu confessorem obiisse, aperte haud dicat, eumdem tamen diserte confessorem appellat.

ante sec. v.  
ut appareat,  
passo.

B

4 Verum, quis duobus illis hagiologis, Eustachium, martyrio vitam haud finisse, sed confessorem obiisse, absque ullo vade antiquiori indicantibus, fidem indubitatam adhibeat? Nemo sane, qui alterum quidem seculo xiv, alterum vero seculo demum xv floruisse ac proin ambos ab *estate* Eustachii, qui ex infra dicendis ante seculum v exstitit in vivis, multis seculis absfuisse, consideraret. Eruditissimi quidem, qui Martyrologium Romanum hodiernum reformarunt, viri Eustachium pariter in hoc confessoris titulo afficiunt; verum cum hic nec in Hieronymianis apographis nec in aliis seu sacris seu profanis monumentis antiquis Sancto attribuatur, id verosimillime sola Equilini auctoritate impulsi fecerint. Quare cum non majorem utique, quam hic, fidem ea in re sibi adjungant, movere nos non debent, ut Eustachium confessorem obiisse ac proin martyris titulo, veluti et vivis in pace sublatum, haud distinguendum credamus. Quod modo ad tempus, quo circiter vel obierit, vel floruerit, spectat, cum martyrio vitam, ut modo docui, terminarit, fuisse illum e martyribus, quorum nomina (Sollerium nostrum in sua in Usuardum Præfatione num. 22 vides) in uno codice collecta Gregorius Magnus Papa habuit, vero appareat admodum simile; quare, cum sub seculi sexti initium Gregorius excesserit e vivis, hinc simul et ex eo, quod Pontificis hujus *estate* codex ille, utpote tunc admodum vetustus, annorum facile centum existere potuerit, Eustachium, ei inscriptum, verosimiliter ante seculum v floruisse, imo et obiisse, induco in animum, etsi interim, quoniam e seculis, id prægressis, ejus obitus acciderit, sit incertum.

unusque et  
idem cum  
Eustachio,  
Burgensem  
patrono.

5 Porro, etsi is sanctus noster Presbyter pro Martyre, uti e supra adductis appareat, sit habendus, non est tamen, cur idcirco existimetur diversus ab Eustachio presbytero, quem Ferrarius, secus sentiens, in generali suo Sanctorum, Martyrologio Romano hodierno non inscriptorum, Catalogo hodie, ut supra in *Prætermisis* jam docui, annuntiat, ac

porro Burgi S. Domini ob hostes, a civitatis iugis, Parma haud procul dissita, incolis ad ejus invocationem profigatos, magna in veneratione esse, imo et pro patrōno haberī, ex ecclesiā Burgensis tabulis, secum a primo hujus episcopo Papyrio Picedo, anno 1603, ut Ughellus Italiæ Sacra, a Coletō auctæ, tom. 2, col. 68 docet, instituto communicatis, tam in generali suo mox dicto, quam in particulari Sanctorum Italiæ Catalogo affirmat. Ferrarius quidem in hoc Eustachium presbyterum, quem celebrat, confessoris titulo distinguit; verum et titulo isthoc Martyrologium Romanum hodiernum pariter distinguit, quem celebrat, Eustachium presbyterum, neque tamē hunc quis idcirco ab Eustachio presbytero, Hieronymianis apographis hodie inscripto, dixerit diversum. Ut ergo in Romano hodierno, ita etiam a Ferrario perperam hodie confessoris titulo Eustachius presbyter afficitur. Nec refert, Eustachium Hieronymianis inscriptum, in *Egypto* seu Syria, Eustachium vero, a Ferrario memoratum, Burgi S. Domini annuntiari. Quid enim unus idemque Eustachius *Egypto* quidem seu Syriæ ob martyrium, quod ibidem subiit, Burgi vero ob cultum, quo ibidem gaudet, queat attribui? Erit quidem fortassis, qui, Burgenses Eustachium, seu Syrum, seu *Egyptum* presbyterum, non aliunde sibi quam vel ex Hieronymianis vel ex aliis Fastis sacris utcumque notum, invocatueros fuisse, haud facile in animum inducat.

D

6 Verum, cum Kalendario tum antiqua, tum recentia, quotidie fere e Sanctis multis, quos vel Martyrologium Romanum hodiernum vel alii Fasti sacri recensent, unum quempiam, minus etiam subinde notum, commemorent, factum esse facile potest, ut Burgenses, Kalendario hujusmodi, in quo non secus atque in Capuani apud Michaelen monachum Sanctuarii Kalendario, Eustachius presbyter, seu Syrus seu *Egyptius*, xii Octobris die esset signatus, olim utentes, hunc idcirco contra hostes, in quos forte die illa movendum erat, invocarint, relataque de hisce victoria, in patronum adsciverint ac deinceps ut talem simulque ut confessorem coluerint. Ut sit, Eustachius equidem, Burgensium patronus, ab Eustachio, Hieronymianis apographis hodie inscripto, diversus non est. Ea sedet sententia, primo quidem, quod, que in iis hic memoratur, eadem etiam xii Octobris die ille a Burgensibus, uti ex utroque Ferrarii ad hanc Catalogo fas est colligere, cultu ecclesiastico, honoretur; deinde vero, quod Eustachius presbyter, qui vel Burgi vel alibi in Italia floruerit aut obierit, ab Eustachio. Hieronymianis apographis hodie inscripto, diversus, nec ex hisce, nec ex aliis seu sacrī seu profanis monumentis antiquis sit notus. Adhac præterquam quod, ut Eustachii, Hieronymianis inscripti, ita etiam Eustachii, Burgensium patroni, Acta desiderantur, tempus etiam, que tam hic, quam ille floruerit ac ad Dominum migrarat, ignoratur. Nec quidquam ad rem facit, floruisse equidem ac porro, ut supra vidimus, e vivis ante seculum v abisse Eustachium, Hieronymianis hodie inscriptum; etsi enim res sic habeat, nihil tamen impedit, quo minus etiam tunc Eustachius, Burgensium patronus, et floruisse et martyrio occubuisse credatur.

videtur ob  
rationes hic  
adductas ha-  
bendus.

E

F

DE